



UNA VOCE VENETIA

Comune di più Martiri fuori del Tempo Pasquale

Messa *Intret*

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam *Luc. 21, 9-19*

IN ILLO témpore : Dixit Jesus discípuis suis : Cum audiéritis praélia et seditiónes, nolíte terréri : opórtet primum hæc fíeri, sed nondum statim finis. Tunc dicébat illis : Surget gens contra gentem, et regnum advérsus regnum. Et terrámótus magni erunt per loca, et pestiléntiæ, et fames, terrorésque de cælo, et signa magna erunt. Sed ante hæc ómnia inícient vobis manus suas, et persequéntur, tradéntes in synagógas et custódias, trahéntes ad reges et præsídes propter nomen meum : contínget autem vobis in testimónium. Pónite ergo in córdibus vestris non præmeditári quemádmódum respondeátis. Ego enim dabo vobis os et sapiéntiam, cui non póterunt resístere et contradícere omnes adversárii vestri. Tradémini autem a paréntibus, et frátribus, et cognátis, et amícis, et morte afficient ex vobis : et éritis ódio ómnibus propter nomen meum : et capíllus de cápíte vestro non períbit. In patiéntia vestra possidébitis ánimas vestras.

Dal Vangelo secondo Luca *Luc. 21, 9-19*

IN QUEL tempo: disse Gesù ai suoi discepoli: Quando sentirete parlar di guerre e di sommosse, non vi spaventate: bisogna che prima avvengano queste cose, ma non verrà subito la fine. Allora disse loro: Si solleverà popolo contro popolo e regno contro regno e saranno in diversi luoghi gran terremoti, e pestilenze e carestie, e fenomeni spaventevoli e gran segni dal cielo. Ma, prima di tutte queste cose, vi metteranno le mani addosso e vi perseguiteranno, consegnandovi alle sinagoghe e alle prigioni, e vi trascineranno davanti ai re ed ai governatori a cagione del mio nome. Ma ciò affinché mi rendiate testimonianza. Mettetevi dunque in cuore di non premeditare le risposte; perché io vi darò parole e sapienza a cui non potranno resistere né contraddire tutti i vostri avversari. Sarete traditi anche dai genitori e dai fratelli, dai parenti e dagli amici, e metteranno a morte parecchi di voi e sarete in odio a tutti pel nome mio; ma neppure un capello del vostro capo andrà perduto. Colla vostra pazienza guadagnerete le vostre anime.